

## X.

Orationes ad Christum Passum, &  
Crucifixum pro animam agen-  
tibus.

## I. ORATIO.

**C**Hriste JESU crucifixe, in unione ferventis-  
simi amoris, qui te vitam omnium viventium  
in Cruce mori coegit, pulsamus ad medullam beni-  
gnissimi cordis tui, & rogamus ut anima famuli tui  
N. fratris nostri peccata omnia dimittas, & tuâ  
sanctissimâ conversatione, & tuâ sanctissimâ Passio-  
nis merito omnia eius suppleas, eumq; superabun-  
dantissimam miserationum tuarum multitudinem  
facias experiri, nosq; omnes, & singulariter hunc  
fratrem nostrum, ut, quem proxime vocare dispo-  
nis, placito tibi modo prepares, eiq; prestes, ut cum  
verâ patientiâ, perfectâ resignatione, plenâ peccato-  
rum remissione, validissimâ fide, spe firmâ, & in-  
tegrâ charitate, in perfectissimo statu, inter dulceis-  
simum amplexum, & suavissimum osculum tuum  
feliciter ad tuam æternam laudem exspiret. Eja dul-  
cissime, redemptor Domine JESU per illas lachry-  
mabiles voces, quas in cruce moriturus edidisti, &  
passionis dolorib; consumptus dixisti: Deus meus,  
Deus meus, ut quid me dereliquisti? ne qua-  
so longe facias à famulo tuo, fratre nostro N. tuæ  
miserationis auxilium; nam ille in hac horâ &

momen-